PIST. *Germen* . . . intra ſubſtantiam calycis turbinati l. Germen turbinatum, terminatum calyce. *Stylus* erectus, ſtaminum altitudine. *Stigma* tripartitum, patens.

PER. (ſecundum fructum Ulyſſipone lectum) *Nux* globoſa, glabra, apice cicatricula rotunda notata (non exquiſite triangulari ut Tournefortius pingit.).

SEM. *Nucleus* unicus, globoſus, totum Pericarpium replens, albus.

Flores *maſculi* in diverſa planta copioſe florifera.

CAL. ut in altero ſexu.

COR. ut in priore. &

STAM. ut in Hermaphrodito.

PIST. omnino nullum.

Color floris viridis ad luteum leviſſime inclinans.

Odor ſvaviſſimus, replens ſæpe vicinia fragrantia ſua, præſertim frutices maſculi copioſiſſime florentes.

Ergo videtur jure ſuo poſtulare Claſſem Polygamiæ Diœciæ. Expectabo adhuc finem florum hermaphroditorum.

---

CLAS-